HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Quia contestans contestatus sum patres uestros in die qua eduxi eos de terra
aegypti usque ad diem hanc; mane surgens contestatus sum & dixi; audite
uocem meam & non audierunt; nec inclinauerunt aurem suam.
sed abierunt unusquisque in prauitate cordis sui mali; & induxi super
eos omnia uerba pacti huius quod praecepi ut facerent. huc usque in
LXX. non habetur quod quae sequitur; & non fecerunt; ab eis positum est &
cum superioris capituli fine sociatum in quo scriptum est audite uerba
pacti huius & facite illa & non fecerunt; quid sit autem de mane con-
surgere & di uerba per prophetas eis frequenter ingerere & educere eos
de aegypto & sepius admonere & dicere. audite uocem meam & illos
abisse post prauitatem cordis sui. & postea eis reddere quae merentur
accipere ante iam diximus.

Et dixit dns ad me; inuenta est coniuratio in uiris iuda & habitatoribus
hierusalem. reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores.
qui noluerunt audire uerba mea. & hi ergo abierunt post deos alienos
ut seruirent eis. irritum fecerunt domus israel & domus iuda pactum
meum quod pepigi cum patribus eorum; pro coniuratione; quam nos iuxta
symmachum interpretati sumus. & aquila. & LXX. & theodotio
CVMAEC MON transtulerunt quam nos coniurationem possimus dicere.
unde & athalia cum in templo sibi parari insidias deprehendisset eodem
uerbo locuta est. Coniuratio ..... proprie autem hoc uerbo
scripturae abutitur. quando non subito furtiua quae peccato. sed pri-
parata insidiis ex coniuratione tenditur ad delictum & pariter
uno que studio id agunt ut dei mandata contemnant & dicit que patres
& filios unamente parique sententia neglecto dō idola uenerentur ta
israel uidelicet & quam domum iuda. hoc est quam decē tribus quā duas
quarum imperiū erat in hierusalē. ut quorum in contemptu dei unu
studiū fuit. pari sit in sustinenda captiuitate supplicium.

Quam obrem haec dicit dns. ecce ego inducam super eos mala de quibus ex
ire non potuerunt. & clamabunt ad me & non exaudiā eos. & ci
bus ciuitates iudae. & habitatores hierusalem. & clamabunt ad eos